



Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,
quid agere debeat, quàm exactißimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum ; Dilingæ, 1695

Exemplar Litterarum, quas de virtutibus P. Pauli Segneri Ad P. Rectorem
Collegii Florentini dedit P. Joannes Petrus Pinamontius &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](#)



Exemplar Litterarum, quas de virtutibus
P. PAULI SEGNERI

Ad P. Rectorem Collegii Florentini dedit
P. JOANNES PETRUS PINAMONTIUS &c.

Reverende in Christo Pater.

HN magna , quam his diebus , morte P. Pauli Segneri ,
(a) passus sum , jaētūrā , certō sibi persuadeat Reverentia Vestra ,
nihil mihi majori esse Solatio , quām vivam virtutum ejus me-
moriām . Et quia non dubito , quin etiam in Reverentiam Ve-
stram magna pars hujus mei sensus ac doloris redundābit , cona-
bor efficere , ut Solatij quoque mei consors sit . Scribam pro-
inde illi quām possum paucissimis nonnulla memoriā digna , quā de Viro hoc
Apostolico mihi nunc in mentem veniunt . Ubi autem has meas legerit , pla-
ceat Reverentiae Vestre eas offerre Magnati illi , (b) cui obsequendi & ob-
temperandi studio potissimum ad ipsas Scribendas impulsus sum .

Sub annum igitur 1662 aut certè 63 , cum P. Paulus statim per annum con-
cionibus habendis Perusij operam daret , ad octiduanam pro more Solitudinem
se recepit . In hac , non saīs memini quanam in Meditatione , audivit intus
sibi loquentem DEUM , eo locutionis genere , quod totum quodammodo ho-
minis animum liquefacit , promptiusque ac facilem reddit ad executioni man-
dandum , quād DEUS de ipso facere decrevit , magnisque omnino gratijs
ab eodem recipiendis idoneum efficit : *Animame aliquafallae est , ut Dilectus lo-
cunus ist.* Fuit autem hæc DEI vox : *Volo , ut amemus invicem .* Et fuisse hanc
DEI vocem , res ipsa monstravit . Pater enim ab eo momento mutatus est in
virum alterum , & ex laudata vita Religioso , qualis quidem semper fuerat , di-
ci potest mutatus in Sanctum . Aliam mox , sublimiore inque vivendi rationem
aggressus , ad quinque rem omnem capita revocavit : *Paupertatem , Solitudinis
anorem , (Italicè Ritiramento) Orationem , Pœnitentiam , Examina .* Et ne ho-
rum animi decretorum unquam subiret oblivio , initialibus harum virtutum li-
teris in unam voculam *Prope collectis* , in Schedula illam , suā exarata manu ,
conspicuo sui cubiculi loco affixit , quin quisquam , quid ea sibi vellet , aſſe-
queretur ; ipse verò inde ad constantiam in bene cœptis stimularetur . Sub-
inde ad rem ipsam aggressus , subtraxit sibi , quidquid poterat , removendo ē
cubi-

(a) p. Dec. h. an. (b) Ser. Duc. Hespiria intelligit .



Authoris non ita pridem

cubiculo, quidquid aliquo modo minus necessarium videbatur. Libros, Imagines, &c. qua alias erant ejus generis, ne ijs quidem uentis, qua alius necessaria indicasset ad itinera, quæ ipse quot annis faciebat ad urbes sèpè non parum remotas, tum cum maximè hiems sivebatur. Circa hanc virtutem præclaris quiibusdam sensus fuit imbutus; & memini illum sèpe sub illa initia de his mecum differere. Hunc Paupertatis Spiritum identidem in se denuo excitare conuocat, atque idcirco licet virorum Principum gratiâ ac favoribus tanto tempore ueteretur, in tem tamen inde suam tam parum convertit, ut mortuus nec eam quidem in cubiculo supelleculum reliquerit, que postremo cuique ex Sacerdotum Nostrorum ordine conveniret.

Ad Orationem quod spectat, Donum ejus planè singulare habere coepit, & intelligere arcanos quosdam, ac sublimes sensus locorum Divine Scripturæ, nec non profunda Mysteriorum Fidei, prout nunc hæc, nunc illa contemplabatur. Atque hinc propriâ doctus experientiâ, & eximia luce collustratus ea scripsit, que orbis legit; & idoneus fuit, qui sanctiore Magisterio animas ducere & erudire, quas præstanti quodam orationis dono prædictas tam in sacris Familij, quam alibi ostendit.

Ad Penitencias, & proprij corporis crucifera quod attinet, jam tum ab animi sui Arbitro facultatem petiit tam multis lese divexandi, quam multa ipse prudenter exstimator se ferre posse sine jauctura & detramento virium, necessarium ad munus suum rectè obeundum. Atque hac facilitate impetrata plurimis & acerrimis se excruciate coepit, de quibus plura postea dicenda erunt.

Ut autem ea, qua circa solitudinis studium, & severum actionum suarum omnium, ac diligens Examen instituerat, exequetur, legendis Sanctorum gestis se impendit, multas quotidie horas ei lectio dare solitus. Et verò ex hac dici potest haustile magnam partem Scientiarum Spiritus, quam & in omni vita, & in libro in lucem datis, & in ducentis regendisque animabus, in virtutum studio valde proiectis, ostendit. Hanc vitæ rationem tenuit anno uno, aut uno cum diu midio circiter, aptiusque se reddit ad magna pro DEI sui gloria gerenda, que deinceps re ipsa gessit. Anno 1664. quantum memini, accensus est ingenti desiderio impendi se excursionibus Apostolicis, eoque exeunte obicit mihi beata, et si nec fatigata a me cognita, nec promerita sors, in aliquot ejusmodi Excursionibus sociam illi operam navandi in Diocesi Aretina: & cum anno mox consecuto huic tam sancto ministerio Superiores illum constanter obeundo destinassent, me laborum ab ijs Socium petiit; atque ex eo tempore ad annum usque 1691, qui postremus ejusmodi Excursionum fuit, illi individuus adhaesit; quibus tamen ipse non nisi cum vita finem facere constituerat. Atque hoc etiam ex capite permolestus illi accedit favor ac gratia, ceteroquin tantum stimanda, quia dignatus eum est Pontifex Maximus, dum eum ad coram se pro Concione dicendum evocavit, & cum vel maximè tanti Principis gratiâ floreret, gratius illi accidere

vita functi Elogium.

dere nihil poruisset, quād si ad Missiones illas suas redire permitteretur; et si-
pius mihi testatus est, sanctā quadam invidiā felicem meam sortem, quā pro-
qui cępta possem, extollens. Tot igitur annorum decursu, cūn præclata vir-
tutum exempla in eo sim admiratus, breviratis studio ad tres potissimum virtutes
illa revocabo, ad Asperitatum studium, Castitatem, atque animi demissionem.

Atque illa quidem se excrucianti voluntas singularis admodum fuit, &
ingeniosa, in alijs identidem aliiisque modis excoigitandis, cūm semper pietati-
bus novos adderet ad extremos usque vitæ sue dies. Si itinerum id ratio per-
mittebat, nullā ferè non die sepius in se flagris animadvertebat, præter solitas il-
las in Sacris Excursionib⁹ sui diverberationes. Postremis vitæ annis ter se de die
cēdebat; mane, post meridiem, vespere; & contigit non semel hic Romæ, ut cūm
miss⁹ famulo ad se eum Pontifex evocaret, Janitor illi imperia sua Sanctitatis con-
fessum significare non posset: nam præuerquam quod audiendi facultate esset he-
betiore, suo illo verberum strepitu faciebat, ut fortius etiam januam pulsantis Ja-
nitoris sonitum non perciperet. Inter cadendum magno animi sensu recitabat,
iterabāque partem Threnodiæ illius, *Dies illa initium durendo à verbis; Rex tre-
menda Majestatis usque ad illa Gere curam mei finis:* Sic, ut inter repetita hæc verba
duo millia iecūm sibi infligeret, cūmque etiam numerum certis in occasionibus
excederer. Nonnunquam sanguinem sibi eliciebat, aciculas, aut stellulas flagris in-
figendo: quin & solito flagrorum genere ad sanguinem usque nonnunquam se di-
verberabat: ut tamen hæc instrumenta non tam facilè attererentur, aut sanguine im-
buerentur, liquefactæ illa ceræ immergebat, eaq; re utrumque hoc consequebatur.

Nec sat is illi erat, si sui ipse in se tantum manu, & non levi brachio animad-
verteret, sed cūm occasio loci solitarij permitteret, & fidum quempiam načtus es-
set, crudeliter se cædi jubebat; & quidem lecticæ alicuius columnæ alligatum, ut
proprius Christum Servatorem in suis cruciatibus imitaretur, aut manibus in ter-
num revinctis, rei instar ad virgarum supplicium condemnati: & cūm subinde in
aliquem incidisset aut minus humanum, aut ejus votis abunde respondere cupien-
tem, eō usque casus est, dum eum vites ad porro ferendum deficerent. Hac sui
diverberandi ratione, sed ad sanguinem usque, urebatur initio suarum Excursio-
num, cūm pervicaciōrem quempiam à vindicta sumenda abstrahere volebat;
ejusmodi enim homine secreto rem in locum abducto, nudabat humeros, & se
pro eo pœnas luere velle asserebat; & verò vix unquam accidit, ut non illi, san-
guine viso emollii, cæsse juberent, ac cogerent à tam crudeli lanienā, séque ad
omnia promptos paraōsque offerrent. Horum è numero al quis cūm diu passus
esset eum in se lèvire, & sanguine abundè perfundi, cūm tandem manus dedisset,
acerbè postea doluit, & veniam liaz duritie sepius efflagitavit, ab ejus latere in
Missionē illa vix unquā amplius se divelli passus. Alius quispiam, cuius obsti-
natus animus flecti non potuit, frustratus viri & conatum & caritatem, card vi-
detur duritiæ hanc deinde suāuisse; non diu enim post de homicidio suspectus, &



Authoris non ita pridem

conjectus in vincula, ipso in carcere animam exhalavit inexpiatus, cum contumaciter Sacerdoti delicta aperire abnuebat. Deinceps cum haec humorum laneria incepit redderet ad se cum alijs in Missionibus lamellis ferreis diverberandum, hanc inventis rationem, ut pluribus aculeis suber quoddam exasperaret, & apero pectore tamdiu se tunderet, dum expugnaret, quos ea, qua dixi, causâ se vocabat. Plura hujus generis instrumenta à Viri morte superfluerunt, unum pricipue, quo sub ultimis dies uti conlueverat, cruento undique infectum. Hac endem se afflictatione etiam extra Missionum tempus usus est, cum sepe ante suffixi in crucem Christi imaginem provolatus in genua pectus ac brachia laceraret, ad veniam nostrorum petendam, & doloris sensum acerbiorum in se excitandum. Quin & in ultima Missionum supplicatione aliquot annorum spatio ejusmodi instrumento usus est, donec Placentiae, gravi invalitudine oppresso, ejus deinceps usum tam crebro interdiceretur, cum Medici ejus valerudini nimis quam noxiū pronuntiassent, octavo quoque die tantum profundere crutoris, quantum in ejusmodi occasionibus fundebat.

Lepto etiam, inde ab illa vita in melius commutacione, usus est tam duro, ut extra Missionum tempus nudis semper afferibus incubaret, usque ad postremum vitæ annum, quo hic Romæ ob exhaustas jam vires illi suasum, immo imperatum fuit, ut culestrâ uteretur. Cum autem in Missionibus occasio non esset hoc rigore utendi, solitus est diu stramini incubare; sed quia iij, apud quos divertebat, multum laborabant, ut saccos pro stramine nitidos invenirent, cessit etiam hoc dissuadenti. Alijs horridum seris pannum linteis lectoriis insternebat: sed cum ista strati asperitas somnum illi, reparandis viribus necessarium, tolleret, necesse illi fuit etiam ejus usum intermittere.

Quatuordecim anni sunt, quantum quidem memini, quod extra Missionum tempus interulis lineis non est usus; sed eorum loco rudi se & apero panno involvaberat, quali agasones uti solent ad jumentorum onera tegenda: hic cum usu attritus, & minus jam hispidus esset, alium illi recentem aperiorē que substituebat: unde à Viri morte tres ejusmodi intimae vestes inventae sunt, quæ totum ad genua usque regebant, demptis brachijs, quæ qualibet anni tempestate solâ confuetâ ex materia subtiliore veste tegebat.

Hæc asperitatis ratio tanta erat in P. Paulo admirabilior, quod is naturâ frigoris valde intolerans erat: adeo ut fidenter mihi aperuerit, cum post illa severioris vita Perusij initia primo mane se diu diverberâset, lacrymas præ acerrimi sensus vehementi tenere non posuisse, cum frigidam subuculam corpori denuo injiceret. Vicit se tamen ea in re usque adeo, ut noctu densis in nivibus se volvaret: credo id ab eo factitatum sapientius, in Collegij tamen Placentini atrio id factum certè scio. Sic etiam, cum acerrimè levaret hiems à peracto maximè Sacro, se cubiculo alicui includebat, ibique detractis vestibus nudus ac tremens suorum, ut ipse loquebatur, gravissimorum delictorum veniam à DEO demissimè, lacrymis ubertim manantibus, exposcebat.

Et

vita sancti Elogium.

Et quia soliti ac usitati carnem male habendi modi ejus desiderio non faciebant sati, cum in Sancti enuspam viri historia legisset, solitum illum totam corporis molem fune circa brachia complicato suspendere, inde ab anno septuagesimo quinto Seculi hoc tormento discruciate excepit, ex fune, quo dictum est modo, tamdu tota corporis mole pendulus, quoad animus & vires ferendo dolori suppetebat. Funum ejusmodi alii qui in ejus cubicul/ certo angulo à morte inventi sunt. Eodem se corpūque suum divexandi studio solitus est ex facibus proprie consumptis residua frusta, aut plures collectas in fascem candelas accendere, & ceram inde stillantem nudis carnibus excipere, adurendo sic diversas corporis partes doloris se duacerrimo. Eiam harum faciem aut candelarum, quas jam olim à me inventas deinceps occultare consueverat, aliquas à morte reliquias reperi. Haec tamen tam fortunatus non fui, ut pannorum eorum aliquem invenire, quibus manantem ē plaga i. scilicet sanguinem abfertigebat: hos enim sollicitē abijcere solitus est, ne inde alij an nositiam ejus rigoris venirent, quo se ipse tractabat.

In omnium porro oculos incurrit illa Viri durities, quā nudis pedibus Excursiones suas obibat. Sed non perinde omnino oculis patiebat, quanti hæc doloris esset materies. Necesse enim in primis fuit, multum non raro viarum emetiri, solo pruinâ undique recto, hieme per nives & glaciem, & hæc ipsâ anni tempestate vado superare frigidissimos in montibus torrentes. Sed et si abessent ista, sic nudipedem incedere, molestissimum illi erat, nec unquam, ut fassilius ipse mihi est, usu & astutudine reddebat tolerabilius: cum esset mole corporis non modica, & crebro iter haberet per vias alpestres, minutis lapillis instratas, nullus non passus novi cruciatū materiem præbebat, sic ut ægrè tum milliare unū italicum hora spatio emeteretur. Nihilominus ubi primum ad locum Missionis appellebat, oblitus doloris, quem exaltat, quærebatur quo loco ap. è sub dio, ut solebat, verba ficeret, certaque omnia, quæ ad rem facerent, præparabat. Hac ratione iter faciendi video mihi posse dicere, quod annis singulis quadrinventa millaria emensus sit, sex illorum mensium spacio, quos Excursionibus dabant. Et quamquam non perinde asperæ ubique essent levitas, nullibitamen non multum molestæ, ut dicebam, exhauciebat. Ad hunc nudis pedibus incedendi modum impulsu interno vehementi agi se sensit jam inde à principio vitæ melioris, ut & Christum Servatorem, & Apostolos, sanctumque Franciscum Xaverium imitaretur. Hinc et si primis quatuor Excursionum suarum Apostolicarum annis, itinere emenso calceos indueret, subinde tamen, ob illud, quod ex ea incedendi ratione sentiebat, animi Solarium ac fructum, sic exalceatus incedebat, quamdiu durabant Missiones. Quin ut morem istum ne quidem Missionum laboribus perfactus poneret, jam inde à quindecim annis, quantum conjicere possum, tibialibus nunquam est usus, sed hieme tora solis calceis, ita confectis, ut non pedem tantum, sed & aliquam tibiarum partem tegerent, id quod in ijs appareret, qui morienti superfuere.

Ceterum in Collegia ab Excursionibus reversus tam non indulgebat quieti & otio,



Authoris non ita pridem

otio, ut plus feret cum laboris exantaret, non tantum ob horas bene multas, quas literarum studijs dabat, quin unquam prodiret domo, nisi cum res posceret, sed quia quot annis feret novum quoddam se discrucandi genus excoigitabat, quod prioribus supplicijs adderet: præter cruciculam ligneam, tæx velut clavis armata, quam aculeis introsum veris inde à principio gestabat; & præter cingula aut fetosa, aut cuspidibus ferreis horrida, quibus latera cingebat, postremis annis, undecim ejusmodi cinguli è filis ferreis per tribus circumdat latera, brachia, coxendices, locis pluribus. Hinc quæ à morte inventa sunt in cubiculo, longitudine triginta quinque cum dimidio palmos adæquant, nec simplici tantum, sed multiplici ordine extenduntur, sic ut qui numerum aculeorum iniverunt, invenerint ter mille octingentos.

Certò denique mihi constat, quod impulsus hoc se divexandi studio nudum se in spinis volutariit, sanguine ubertim ex lacera cute promanante: scio autem hoc eum fecisse, cum nos receperimus ad vacandum annuæ solitudini in claustrum Carthusiæ Lucensis, ubi angulas nobis cellas Reverendi illi Patres attribuerant: ipse autem ad finem quem dixi, usus est sepe rofarum, quæ erat in ejus hortulo. Quin existimo, id eum læpius actitasse: nam & alio anno in idem nos Cenobium ad vacandum sacris illis Exercitationibus contulimus; ubi opportunitatem erat nactus iteratè se his spinarum aculeis lacerandi. Neque enim in ejusmodi actionibus semel duntaxat prædictis acquiescebat.

Nihil equidem ambigo, quin Reverentia Vestra pro sua prudentia, tam ipsi propria, suis momentis astutatura sic hanec duram & horridam P. Pauli vivendi rationem, ad ultimum usque senium semper exasperatam: Ora men, quæsiōque, ut Reverentia Vestra animum adverteat velit ad hoc, quod hic viveat di rigor conjunctus fuerit cum indefesso Scribendi lucubrandoque studio. Unde paucos profectò invenire erit, in utroque hoc genere ipsi comparandos. Nam vel inter Sanctissimos rari sunt, qui cum S. Hieronymo librum cum faxo amplexi sint, sic ut, cum una manu scriberent, altera se diverberarent.

Neque vero quisquam sibi persuadeat, non magno labore stetisse Patri Pauli Opera, quæ typis excudi curavit. Demptis ijs, quo scriptis de Oratione, in quibus ipsi prona fluebant omnia, sic ut quem primum ea de materia scriptis, tocam quinque duntaxat hebdomadarum spatio elucubratis: cum, ut subinde mihi affirmavir, videretur sibi in eo elucubrando ferraginæ ab alio, & tæpe, cum temere aut S. Augustini, aut S. Thomæ librorum aliquem aperuisset, quæ quarebat, sua sponte quodammodo offerte credi poterant: his inquam libris demptis, alios magni adhuc conaru & industriâ elaborabat, obvijs quibusque haudquaque contentus, lituras inducebat, & crebro revocabat ad limam, quæ exarabat, ut videat est in chartis, quæ supersunt: & sane aliter fieri non poterat, in hoc, quo ipsum usum certimus, stylo & scribendi ratione.

Ut ut autem non parum admiranda fuerit hæc in corpus saevities conjuncta
cum



vita sancti Elogium.

cum perpetua mentis agitatione, hanc tamen præ omnibus in P. Paulo non sum admiratus. Quod me in majorem hoc in genere admirationem rapuit, fuit ille Spiritus, illa animi contentio, quibus penitentia hæc sua opera animabat: in his enim sensibili quadam lætitia exultare videbatur; sic ut inter tot Personas eximia virtus, quæ bene multas aut in sacris claustris, aut in Excursionibus offendi intimè mihi perspectas, non invenerim plures ducas, que P. Paulo hoc in genere comparari possent: siquidem cum eo de ejusmodi cruciamentis colloqui, & earum aliquod præbere specimen, erit ipsi offerre magna oblationis & exultationis materiem: & hunc ad finem memini me aliquando ex eo audire, quod si quis reperiat animos ingenti sui divexandi desiderio arcenos, non refutare Animi arbitrum, qui permittere nolit, ut omni cruciatuum genere affligant, lædenda valetudinis mea; cum plus sanitas eorum patitur, si freno fervor cohabeatur.

Altera, quæ mihi admirationi semper fuit in P. Paulo virtus, fuit Castitia Angelica. Quando illi primùm comes adhæsi, agebat ætatis annum circiter quadragesimum, corpore, si unquam, vegeto ac robusto, affabilis, blandus, animo ad miserandum amandumque tenero ac proclivi: & talem omnino postulabant Excusiones illæ, in quibus agendum erat cum cuiuscum fortis hominibus, & inter hos cum feminis nobilibus, quæ se magni admodum ipsum æstimare demonstrabant, nec raro intima animorum ipsi credebant, & consilij ejus dirigi optabant; præterea postremo Missionis die, cùm post ducentam supplicationem bene cunctis Sacerdos ritu solenni precatus esset, ipsæ ferè omnes hærebant diutius de rebus animæ cum eo actuaræ: in his tamen & similibus occasionibus non videbatur Pater ex eo, quo ceteri mortaliū, limo concretus: hæc enim plena ceteroquin periculi objecta tam non imponebant ipsi pugnandi luctuandique necessitatem, ut videretur potius non offerre se ejus animo cum ijs, quibus eorum proprium est, imaginibus & phantasmati. Memini ex ipso audire, cùm diceret, sibi, cum feminas intueretur ad omnem venustatem excutas, illud in mentem venire: ô quam gratum hic Iesus DEO sacrificium faceret, si ejus impulsus amore cunctas has, quibus capit, ineptias ac vanitates contemneret! In eo sum, ut credam, cùm naturæ beneficio tam sine sensu esse non posuerit, tum ipsi prestans hoc puritatis donum à DEO collatum fuisse, cùm ijs, quibus dixi, Exercitijs vacasset, & majori conatu se contemplandi studio dare copisset, sicutque divinis illis favoribus ac solatijs, quibus abundabat inescatus, alto fastidio nauiebat, quidquid carnem duntaxat afficit & oblectat, astecutus eam agendi libertatem, quæ tantopere necessaria est, & conveniens Apostolico Ministerio ac functionibus, quibus tantum reliqua ætatis erat impensurus.

Tertia denique virtus, quam præ reliquis in P. Paulo semper admiratus sum & obstupui, fuit singularis illa animi demissio, quæ serio sibi perfusaferat, magnum se peccatorem esse, talēmque se intimè agnoscebat; licet societatem ingressus esset nondum expleto anno ætatis decimo quarto, & pie admodum ac innocenter Romanus

Authoris non ita pridem

mano in Seminario esset educatus. Unde cum Mondo nuntium remiserit prius quam illum nō s̄er, arduum illi non fuit, religioso in statu innocentiam illam tuam ad ext̄iam quendam virtutis gradam promovere. Atque hinc factum est, ut quid honoris ac reverentiae ipse ejusque virtuti tot locis exhibatum est, penitus non adh̄ere sceret, perinde sane ac si destruta omni sensu status fuisset. Imò vel hinc majoris abiectionis materiam scrip̄ebat, his me crebro verbis, intimo animi sensu prolatis, allocutus: *Ō si me nō s̄ent! Pleū quo merubore suffundi necesse erit extremo illo mundi iudicandi die!* Pater Pinamonte, Reverentia vestra sit, quis sim. Et cum dico, alium ingemiscet. Hoc eodem instinctu actus, varias te demittendi abieciendique occasiones avidè arripiebat. Jubebat saepius caput, collum ac faciem pedibus caleri, additis etiam convictis. In Collegio quopiam, quod aliquando incoluit, cum eum constanter morem teneret, ad postremum hunc usque vitæ annum, ut diu ante alios ē strato se proriperet ad vacandum Orationi & sui divexandi studio, ibat dein ad excitandum ē somno fratrem aliquem adjutorem domesticum, cui multum tribuebat, quique ipse etiam maturius solebat ē strato se proriperere; hujus pedibus crebra figebat oscula, & variè se coram illo abieciebat.

Verū quia sincera demissio ipsis honoribus magis, quam abiectione & contemptu probatur, dicendum erit paucis, quo tandem honorum genere prosecut Virum sūt homines; ut appareat, cujus fortis fuerit in medijs his honoribus ejus de missio. Igitur inde à principio, ex quo ExcurSIONES sacras modo illo suo, quem pri mus invenisse dici potest, obivit, non alio nomine, aut titulo vulgo magis cognitus erat, quād Patria fandī. Proculm beabant in genua populi, quā transibat, purgabat vias, quibus ad eos erat accessurus. Scopis everendo fordes ad plura tæpe milliaria, impendendo eam in rem præcedentis noctis horas, flōribus etiam non semel sparsis. Appulsum dein turimatim circumdabant, s̄dque curabant solliciti, ut aliquid ex ejus reculis sibi vindicarent, panis verbi causa reliquias, quas dein ægris pro alexipharmacō ingenti cum fiducia præbebant. Felicem se reputabat, quisquis numismatum, quæ distribuebat, aliquod esset nactus: & quia luforum singulis, qui afferrent folia, sponderentque se deinceps à lusu temperatu, unum aliquid debat, multi, qui vix foliorum eorum usum norānt, ea afferbant, ut pro ijs simile Numisma referent. Corona ē spinis, quam in supplicationibus, quibus Missiones claudabantur, capitii impositam gestabat, non solum muletō ante semper petebatur ab aliquo Sacerdotum, qui illum adjuvabant, sed non raro jurgijs anlām præbuit, cū illam plures simul penterent. Communissima ferme numerandi temporis ratio erat inde à Missionē ab illo alicubi obirā, cū Matre se, g. dicerent, Filius hic meus natus est, eo anno, quo Pater Sanctus hic loci concionatus est: aut, natus est tot ab illa Missionē annis. Hæc tanta P. Pauli estimatio etiam in alios de Societate propagabatur, sic ut cūm duo, non multo post aliquam ejacemodi Missionem peractam, Lucam irent, ut thermis uicerentur, non pauci coram transeuntibus in genua se abierent. Discedentem ē loco quopiam P. Paulum assestabant plurimi, inter lacry mas

vita sancti Elegium.

mas ingeminantes: Deus scit, quando unquam ad nos revisuri sint Patres Sancti: & hæc causæ multi non vici tantum, sed & feminæ ibant ad remotiora loca, ut denuo Patrem audirent, & bene sibi precantem viderent; Sic ut tempia, in quibus inopes mulieres divertebant, noctu plena essent; cùm multas illæ horas orationi darent, ut sumptâ primo mane Sacrâ Eucharistâ à meridie Benedictenti adessent. Neque his & similibus honoribus unâ tantum alterâve in Diœcesi illâ afficiebant, sed quoconque pedem inferebat, idem mox omnium lensus, eadem viri æstimatio, eadem venerandi ratio erat; quod profectò admiratione non caruit, cùm non raro remotas in Provincias abiremus, ex Hetruria verbi gratiâ ad Lombardos profecti, nullis de adventu, aut modo alibi observato, nuntijs præmissis. Palmam autem in his præcipuerunt ceteris non rudiiores, sed præ reliquis exculta gentes, quas minus externo hoc apparatu commovendas quis credidisset. Cùm excurrendum Patri Paulo esset in Episcopatus, qui supra ac infra Genuam ad maris littus sunt, non defuere viri multâ prudentiâ, maturo iudicio, usque rerum, qui malè ominarentur ejus laboribus, partimque fructus sibi pollicerentur ex populis illis in ritinis. Etiamen subinde non alibi majori cum animorum fructu obita Missiones sunt, nec sine admiratione observari potuit, quâm essent in eo auscultando attenti, quâm avidè ad eum alibi dicentes redirent, quâmq[ue] fidentes ejus arbitrio causas suas permitterent. Hic plusquam alibi, non solum passim palamque Patris Sancti nomine compellabatur, verum etiâ ut talis habebatur, cùm è dicentis ex altiore loco vestibus segmenta occulè rescinderent, & pro sacris Lyspanis fervarent; sic ut necesse fuerit, fidum aliquem tum temporis constitvere, qui curans ejus gereret, arceretque importunos; cùm identidem aliâs aut novæ illi vestes dandæ essent, aut priores malè deformatae, resarcenda. Narravit mihi nobilissima quadam Marrona Genuensis, mulierem, domi sua assiduam, attolisse involutum chartæ frustum, aut segmentum vestis P. Pauli, cum dicto: Domina, hæ sunt Reliquiae de sancto Patre, quarum partem aliquem tibi dabo, sed alteri præterea nemini, & tum frustillum hera dedit. Ne plebis tantum hæ fuerint studia, sed Nobilem quoque, eorum maxime, quos singularis virtus commendabat; quos inter nullis concedunt Genuenses, qui in Excursionibus ab eo pedem non removebant, videbanturque satiati non posse ejus alloquio; quóq[ue] agebant cum eo frequentius, hoc de eo sentiebant honorificientius. Cùm proinde summi infinitique ut hominem Cælo quodammodo lapsum agnoscerent, & ut talem venerarentur, eò tandem ventum est, ut ultimo Excursionum circa Genuam die necesse esset aut P. Paulum militari vallare præsidio, aut rectâ repositum in sella, quacunque res posceret, deportare, ut ibi cuncta ad suppplex agmen deducendum necessaria pararet, & quo gerenda essent omnia ordine, præscriberet: id enim nisi fieret, tam densi illum confertique circumstabant, aut ad pedes osculo libandos prosternebantur in genia, aut religioso contactu manuum, aut Marianis rosarij sic illum impl.abant, ut promovere pedem vix posset, aut quæ agenda erant agere. In ipsa urbe Genua, et si in illa Missio non esset habita, cùm

d

ad



Authoris non ita pridem

ad Ducis Palatium evocatus esset, lecticā clausā eō deportari debuit ad piam populi vim eludendam, ad Collegij januam operientis, & Virum videre cupientis, nec enim aliás perventurus eō erat; cum vel iūa in lecticā clausum, rem subodorati, sequerentur & obvijs dicerent. Enī inuis est Pater Sanctus.

Ego tanto tempore horum ocularis telitis tria maximē mecum tacitus perpendebam, quæ de solida veraque Patris Pauli virtute ambigere non sinebant, Primum horum est, quod cum Vir esset tantā doctrinā, tantā in vulgo testimoniōne, usque rerum & experientiā tantā, qualem illum magna Italie pars suscepit in tot libibus ac distinctionibus, quas in Missionibus compofuit, in quibus octo sēpe diērum spatio non autoritate tantum suā, sed conditionibus & pactis perquam opportunis sustulit controversias, quas multilongo sēpe tempore frustra sedare laboraverant: & ferme pedem ē ditione aliqua non ante efferebat, quam lites omnes ac jurgia sustulisset. Non obstante tamen hāc tantā apud omnes Authoritatē, tanto rerum usū, quæ faciebant, ut paſſim ab alijs conſuleretur, ipse viciſſim in omnibus majoris momenti negotijs, ſibi diffiſus, aliorum exquirerat conſilia; nec unius cartrum alicuius, ſed plurium, ne à rectiſemita exerraret, ſolitus crebrō dicere, non alia ſemagis in re, quam aliorum conſiliis, acquiescere, illud ſapientis idem ingeminans. *Filiſime conſilia nihil facias, & poſt factum non pauebit.* Hac ratione ſe extra erroris periculum conſtituebat, cum errare non poſſet, niſi errore culpa experte, & judicio magis alieno, quam ſuo: voluntate quidem ſuā tam ſequentię amans erat, ut non videretur in quemquā poſſe eſſe injurius. Atque ita profundam ſuam manifestabat demiſſionem, cum nemini minus, quam ſibi ipſi ſideret, nec ullo in negotio paulo magis arduo ſine alieno ductu progredereetur.

Alterum, quod obſervare ſolitus fum, hoc erat, quod ille nihil unquam egredit, quo ſublimem populi de fe, quam dicebam, opinione n̄ augeret, nec ſpecioſo quidem propagandæ DEI gloria prætextu ad quidquā horum induci ſe paſſus, ut tamen pronum erat evenire. Quare ſi ipſe animū induxit ad aquas in ægrotum uſum prebiſus adhibitus conſecrandas, & quæ ſunt alia ejusce generis sancta, & in alijs laudata, non tantopere admirabilis eſſet alta de ipſo, & ejus virtute æſtimatio: ſed ipſe ab hiſ omni ſtudio refugiebat, & vix nec mihi invirus admodum, Lipsianis S. Franciſci Xaverij eam in rem adhibitus, ægrotantibus bene precabatur: quin potius nonnulla, ex quibus ejus, ſaltem apud minus catos ac ſolertes, decreceret æſtimatio, palam ostentabat. Ita cum Nobilibus Genuæ feminis agens narravit, quam ſplendidè lautę que in illis circa urbem Missionibus eſſet habitus, quodque plurimum omnino deberet humanitati illius viri nobilis, qui in ſummis illis anni caloribus abundē de nivibus ipſi prospexiſſet; penſi non habens, quod ea narratione non parūm decadere poſſet de illa, quam de ejus alpero ſe tractandi modo conceperant, opinione; cum tamen reiſpa aliud tum temporis quam aquam vix biberet. Sed haec ipſa aperta & fuci expers agendi ratio apud unam aliquam, ſupra alias & prudentiā & ſolidā virtute eminentem, id tantum efficit, ut vel hoc

6x

vita funerali Elogium.

ex capite altius de eo sentire; cum adverteret, tam non id agere Vitum, ut aliorum de se aleret judicia, ut potius ea propalaret, ex quibus non parata de ips posset detrahi. Sic etiam eadem de causa, cum P. Paulus esset habitudine corporis validam ac robustam, & humorum temperie calidam ac igneam, & praeter longa, quae peragrabat itinera, duas trevis horas magnam contentionem ad populum quotidie diceret, nihil aegrius ferebat, quam inediem: cura tamen illi nequaquam fuit, indigentiam hanc suam alijs clam habere, nec metuebat, ne inde offendarentur, sed palam ac liberè curabat, ut tantum cibi sumeret, quantum ad vires necessarijs laboribus reparandas sufficere existimat. Neque auct hoc, aut simili in genere uila arte, aut industria usus est ad imbecillitatem suam tegendam; & cum Iepius jamjam senescerentem hortarentur aliqui, ne itinera nudis, aut omnino suis pedibus conficeret; sed cum longius ac difficultius esset iter, equo uteretur, tum ex eo descendens, sive excaleceatus, cum proprio locum Missioni destinatum venisset; hoc constantiter repositus. Avertat hanc a me DEUS hypocritam, totum iter aut excaleceatus, aut excaleceatus conficiam. Ad hoc animam suu deceretum reipsa confirmandum cum denique induci se passus est, ut ad arduum aliquem montem superandum jumento uteretur, inspectantibus omnibus illum condescendit, nec descendit ante, quam destinatum ad locum appelleretur. Quin non semel, cum nudis pedibus conficeret iter, ubi ad urbem aliquam ventum est, resumpsis illam calcis ingrediebatur, siquidem illa Missioni obeyundate tum non erat destinata. Neque recusandum censuit nonnunquam, quo minus se fugi curu veheretur; id quod non semel Genuæ, Murinæ, Parmæ, & Faventia maximè contigit, ubi id illi honoris habuit Eminentissimus Cardinalis Roffetus, qui & ipse hanc agendi rationem non vulgaris esse virtutis agnoscit, deque ea magna cum commendatione nostris Patribus locutus est.

Id tandem, quod me impulit ad magni admmodum faciendam P. Pauli demissionem, est quod suprad innui, nunc autem pluribus explicabo. Nimirum quod omnes isti honores, hac tam constans, tam communis populorum per triginta secundum annos estimatio ac reverentia, exhibita ipsi à Personis præcipuis, feminis & viris nobilissimis, Principibus, etiam supremis, efficere nunquam potuerit, ut ille paulo altius sentiret de se, sed ut potius in dies semper abijceret, & dum cuncti Patrem Sanctum appellabant, & Typographie eorumque institutores, dum scriptos a eo libros, & Sacra cantica ac laudes, quæ Missionum initio decantabantur, venales offerebant, alta voce clamabant: *Cui placet emere Landes Patris sancti*, ille, cum haec intelligeret, ne tantillum quidem afficeretur, aut moveretur, nisi tantum ad eos increpandos, & ab eo quod agebant impedios, haud aliter, quam si de nefio quo alio tractaretur. Nascebantur haec ex profunda sui cognitione, in suo nichilo fundata, & erratis suis, quæ motus Iepius ex me lacrymis perfusus querere erat solitus: *Pater ant tandem salutem consequar?* Cum Deo autem loquens crebro illud usurpabat: *Cum veneris judicare, noli me condemnare*. Et cum hoc de se iudicio



Authoris non ita pridem vitâ funeti Elogium.

cio ac sensu in lingua mortuus dicipoteſt, ſiquidem hæ poſtem ejuſ fuerunt aſciculatim & diſtinctè prolatæ voceſ: *Abyſſus Abyſſum invocat: Abyſſus miferia, invocaſ Abyſſum Mifericordia.* Hinc etiam cùm in Miſionibus eò delabebatur, ut ſe Peccatorē diceret, qui ſuis potiſſimū ſceleribus fructum Sacrarum earum Miſionum impediſret, currebant ubertim ex oculis lacrymæ, totiſque cohore reſcebat, & cum eo quoiquot audiebant & ſpectabant flentem cum Crucifixi affixi Dei ſimulacri in manib⁹; ſic ut hoc ſolo ſpectaculo promptius, quām quaenque concio- ne, extorqueret ab auditorib⁹ quidquid volebat. Neque in hiſ tantum occaſionib⁹ publicis tenero ſenſu ad lacrymas movebarunt, cùm magnum ſe Peccatorē palam profitebatur, ſed etiam nonnunquam cùm mecum privatim ſuper ea re fermonem miſcebat: & proſuſ mihi perſuadeo, ratiō admodum inter ſacrificandum, poſt prolaſa illa verba *Domine non ſum dignus Sacram, quam appellamus, Patenam lacrymis non irrigāſſe*: unde ego ex iudicijs, que remanebant, cùm poſt eum ad ſacrificandum accederem, nullo negotio dignoſcebam, quo ille Calice, quāve Pa- tēna in Sacro faciendo eſſet uſus.

Cuncta hæc, ſepiuſ animo reputata, inde à principio me induixerunt, ut cederem Patrem Paulum eſſe hominem virtute singulari, nec diſimilia verò eſſe nonnulla miraculis affinia, quæ de ipſo narrabantur; aliquas ſi quidem, ut diſpulſi morbi & sanitates recuperatæ, à viris etiam Religioſis & Sacerdotib⁹ prudenti- bus recenſebantur, & p̄terea fiducia illa ingens, quam de eo vulgo conceperant, vix dubitari potheſt, quin effectum naturæ viribus majorem aliquando produxerit; & cùm p̄terea locis diuersis & quæ ac remoris communi velut conſenſu ejusmodi beneficia narrent, non videtur cuncti, eis alij de alijs ſcirent nihil, in figmentis tantum reſenſendis conuenire potheſt.

Atque hæc eſt brevis narratio eorum, quæ obiter tantum cogitanti in men- tem venerant, de virtutib⁹ P. Pauli, Reverentia Vestra manib⁹ Magnati illi tra- denda. Volebam eſſe brevior; Sed rerum copia ac ſuavitatis longius me abripuit. Oret interim pro me, ut à morte rectius uar Exemplis ab hoc Viro relictis, quām ijs uetus ſum, dum cum ſuperſtitie agebam. Atque hiſ demiliſe Reverentiam Vestram veneſor. Romæ 18. Decembriſ,

Reverentia Vestra

Indignus in Christo Servus

Jo. Petrus Pinamontius;